



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Scientia Salvit̃s, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

353. Feria 4. Dominica 2. Adventûs. De Postulatrone conducibilium ad  
unionem cum Verbo infante & viro.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

*Feria 3. Domin. 2. Adventus. 633*

in perpetuum Dei obsequium impendam. 3. Resignabo me ad omnem infamiam, confusionem, contemptum pro gloria Dei: Item & bonam famam. 4. Resignabo me ad omnem indigentiam, penuriam, nuditatem, incommoditatem in cibo, veste, habitatione: Item ad honestam commoditatem pro Dei gloria tantum suscipiendam. 5. Resignabo me ad habitandum in hoc vel illo loco, etiam inter extraneos & ignotos, infideles, & prout de me Dominus disposuerit. 6. Resignabo me ad carendum omni sensibili gratia & devotione, donis ad salutem non necessarijs: Item ad dona Dei, non ut in eis quiescam, sed ut eorum usu magis placeam. 7. Resignabo me ad omnia que mihi in tempore & eternitate accidere possunt.

MEDITATIO CCCLIII.

*Feria 4. Domin. 2. Advent.*

*De Postulatione conducibilium ad univ-*  
*ersum cum Verbo infante & viro.*

**A**spiciam Dominum infantem & virum,  
parva obsequia magnis premijs remun-

erantem. Petam ejus effici totus.  
*Cons. 1.* Quomodo D. Iesus fuerit simul  
infans & vir, infans innocentiam, vir a virtute,  
omneque opus ejus fuerit theandricum seu  
Dei virile, unius ejusdemque personæ Dei.

*Cons. 2.* Ut huic Principi liberalissimo,

**DD S**

**parva**

parva obsequia magnis præmijs remuneranti  
 uniar, postulabo 1. ab eo omne, quod ipse  
 est, ut eo solo finar puro & nudo & perfecto  
 amore. Sciens, quia, si illū possederō, quam-  
 vis omnia alia desint, ditissimus & felicissim⁹  
 ero, licet omnia alia adsint eo absente, infeli-  
 cissimus. 2. Exigam purissimam intellectus  
 mei illuminationē, ut Deum sapienter agno-  
 scam ad diligendum illum: Ut sciam volun-  
 tatem ejus ad exequendam illam, & intuear  
 vilitatem meam summam, quæ me excitet ad  
 mei contemptum, tandem agnoscam omnes  
 solidas virtutes, ut eas exoptem. 3. Exigam  
 perfectionē & ornatum meæ voluntatis per  
 virtutes, ut eas omnes possideam, & eas in  
 perfectissimos actus perducam, præcipuè  
 exigam amorem, quo semper Deum diligam,  
 & astantibus desiderijs in eum tendam, &  
 non aliter, quàm radij solares à Sole, sic in  
 omnibus à Deo pendeam, & illi inhæream.  
 4. Exigam cetera dona non necessaria ad sa-  
 lutem, liberationem à tentationibus, peri-  
 culis, pressuris: Petam etiam devotionem  
 sensibilem, & alia hujusmodi, quæ nō magis  
 gratum Deo efficiant, Sanctum & humi-  
 lem, si eadem ad hoc non pro-  
 sunt, despiciam;

ME